

(332) Omnia autem concludenda sunt plerumque rebus augendis<sup>1</sup> vel inflammando iudice vel mitigando; omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime extremo ad mentes iudicum quam maxime permovendas et ad utilitatem<sup>2</sup> nostram vocandas conferenda sunt.

(333) Neque sane iam causa videtur esse, cur secernamus ea precepta, quae de suasionibus tradenda sunt aut laudationibus, sunt enim pleraque communia, sed tamen suadere aliquid et dissuadere gravissimae mihi personae videtur esse; nam et sapientis est consilium explicare suum de maximis rebus et honesti et disertis, ut mente providere<sup>3</sup>, auctoritate probare, oratione persuadere possis.

**Hilfen:** 1) augere = steigern – 2) utilitas, -atis (f.) = Vorteil – 3) providere = (den Zuhörer) zum Voraussehen veranlassen

**Fragen:**

- 1.) Was muss der Redner beim Abschluss einer Rede berücksichtigen?
- 2.) Was gilt bezüglich der Vorschriften, die Cicero für die Gerichtsrede entfaltet hat?
- 3.) Inwiefern gibt es dennoch einen Unterschied unter den Redearten?